



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

204. Item de incestis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

tui gratia contumeliam fecerit? Igitur Theodorus judicavit eum qui incestum fecerit duodecim annos pœnitere debere. Alij quindecim, alij decem, alij septem. Sed tu priscorum patrum vestigia sequens, his solis pœnitentiae spatiū temperes qui devotè & cum lacrymis pœnitentiam egerint, ceteri definitum tempus servent.

De illo qui servum se fecit. *Ex Concilio Triburienſi cap. XI.*

CC III. Perlatum est ad sanctam synodum quod quidam ingenuus ingenuam accepit uxorem, & post filiorum procreationem, occasione divortij, cuiusdam servum se fecerit, utrum necessariò mulierem tenere debeat; & si tenuerit, utrum illa quoque secundum secularem legem servituti subici debeat. Judicatum est uxorem minimè debere dimitti, non tamen ob Christi legem mulierem in servitatem redigi, dum ille non ex consensu conjugis se servum fecit, quem liberum maritum acceperat.

Burchard. lib.
9. c. 75.

Item de incestis. *Ex eodem.*

CC IV. Item indicatum est quandam stuprassę quandam feminam, quam postea frater eius accepit uxorem. Statuerunt eum qui stupravit, & à se stupratam fratri celavit, quia germinavit peccatum, pœnitentia distictiori castigandum, & conjugium tale dissolvi optere, & mulieri quidem eis viventibus non forte potestatem nubendi, illis autem pro misericordia conjugium indulgere.

Concil. Tri-
bur. c. 44.
Burchard. lib.
17. c. 15.

T ij